

scepit. Secundus q̄ oēs captiui q̄ erāt ligati manibus ⁊ pedib⁹ soluebant⁹ ⁊ ip̄m triumphatorem sequebant⁹. ⁊ sic fuerūt vniti qui prius exceſſerūt. Terti⁹ honor q̄ tunica Jo-uis induebat⁹ ⁊ cū gaudio in terrā suā ducebat⁹. Ex illa historia habet⁹ q̄ rex pcedēs de bello vbi de hostib⁹ triūphauit vnit sibi oēs exceſſores q̄ secū intrant ciuitates. Sic xp̄us exiens de limbo pcessit vnienter cū exceſſoribus. ⁊ hoc vult quinta lra. s. u. q̄ xp̄s p sua glorioſam resurrectionē vnuit gētiles cū iudeis qui multiplici⁹ ptra ip̄m exceſſerūt. Jo bñ figurat⁹ ē p lapidē angularē. de q̄ legitur in sco. histo. Cū salomon templū dño edifica- ret cōtigit vt quidā lapis mirabilis ibi adesse- ret quē edificatores aptabāt. ⁊ in nullo loco locare poterāt. aut enī fuit nimis longus aut nimis breuis. ideo indignati edificātes ip̄m reiecerūt ⁊ lapidē reprobātū vocauerūt. sed demū cū edificū ppleuissent ip̄m aptissime p lapidē angulari inueniunt qui simul duos parietes pūgeret aut vniret. Spūaliter xp̄us elapis sine manib⁹ de monte abscisus Bañ. ij. Et ip̄e ē mirabilis fm ps. lxxvij. Mirabi- lis deus in sanctis suis. Ip̄e quidē fuit lapis reprobatus in sua passione. sed nunc factus ē lapis angularis in sua letissima resurrectio- ne. Ideo capīt nūc hic pphetia Dauid q̄ ha- bet in ps. cxvij. Lapidē quē reprobauerunt edificantes hic factus ē in caput anguli. ⁊ xp̄s tanq̄ lapis angularis duos parietes in templo vnuit qñ de populo gentili ⁊ iudai- co vnā fecit eccliam. Iuxta illd ad Eph. ij. Ip̄e ē pax vera qui facit vtraq̄ vnū. Sz per quid xp̄s cōiunxit hos duos populos dic q̄ cum cemento sui p̄ciosissimi sanguinis ⁊ euz lapidibus sui p̄ciosissimi corporis. Sexto rex terreſtris exiens de finibus inimicorū q̄s vicit pcedit transmigrantē cū honorib⁹. quia migrat seu transit de varijs piculis. q̄ d. ij. Regl. xj. Varius ē exitus belli. Sz tñ talis rex procedit cum honorib⁹ ex quo nō fugit hostes. sic xp̄s egressus est fines suoz inimi- corū transmigrantē cū honorib⁹. ⁊ hoc deuota- uit angelus Matth. vlf. Mar. vl. ad mu- lieres. Ecce pcedet vos in galileam. ibi eum videbitis sicut dixit vobis Et dicit m̄r lib. triū Regū. c. xiiij. q̄ due sunt galilee. Ana ē sita iuxta montē oliueti. in qua ante resurre- ctionē apli christi consueuerāt ppter metuz iudeorum habitare. Et de hac loquūt h eua- geliste. q̄ in ea dñs p resurrectionē discipu- lis suis apparuit. Sed alia ē terra que ē p̄nci- patus que etiā vocat galilea. ⁊ distat a hieru- salē ad tres dietas vel yltra. ⁊ de ista non lo-

quūtur. Spūaliter galilea interpretat⁹ trāsmi- gratio. q̄ christus dñ ē in hac mortali vi- ta triplicē defectuz patiebat⁹. vnū quātū ad corpus vicz mortalitatē. aliū quātū ad aiam scz passibilitatē tertiu⁹ ad vtrūq̄ vtp̄ta mi- seriam ⁊ penalitatē. Sed in resurrectione sa- cta ē transmigratio cū honore. ⁊ hoc vult se- xta littera. s. quia corpus eius trāsmigravit de mortalitate ad immortalitatē. Alia de passi- bilitate ad ipassibilitatē. Corp⁹ ⁊ aia de mise- ria ⁊ penalitate ad eternā gloriā ⁊ felicitatez. Sicut hoc testat⁹ Leo papa dicēs. Post pas- sionez dñi ruptis vinculis mortalitatis. in- firmitas in virtutem. mortalitas in eterni- tatem. ⁊ contumelia transiuit ad gloriā.

De sancto Georgio martyre.

Labora sicut bo-
nus miles iesu xpi. Ista verba scri-
bunt. ij. Timo. ij. Videmus ad experientiam
qñ milites seculares in cāpo huius mūdi vi-
res suas ostēdūt vt dñs suis placeant et po-
pulū suū ab hostib⁹ defendāt nō attēdentes
q̄ sint delicati. bonus miles qñ bñ vult age-
re in cāpis quātūcūq̄ delicatus vel nobilis
non pōt parcere membris. sed optet vires ⁊
corpus expendere si vult placere ⁊ fauorem
laudēq̄ hūanā obtinere. Et sic legit⁹. j.
Regl. xvij. de strēnuo milite Dauid. q̄ quis
ēēt delicat⁹ vtp̄ta adolescēs pulcer ⁊ rufus
illud tñ nō aduertit. sed viriliter p populo is-
rael pugnavit cū Golia gigante ⁊ euz viriliter
supauit. caputq̄ abscidit. Ita etiā legitur. ij.
Regl. xxij. q̄ Dauid existēs quodā tēpore i
campo contra inimicos pugnaturus ⁊ dixit
audientib⁹ militib⁹. o si quis daret mibi po-
tū aq̄ de cisterna que ē ante bethleem iuxta
portam qd cum audissent tres fortes milites
noluerūt parcere mēbris. sed viriliter irru-
erunt p castra philistinorū q̄ erant inimici eo-
rū. ⁊ aquā regi obtulerūt. talis fortis miles
fuit. b. Georg. qui strēnuē dño suo xp̄o mili-
tauit. ⁊ hic tutius ⁊ duri⁹ p fide seruanda la-
borauit. q̄ ad pbatū militē requirīt q̄ sedu-
le laborez. strēnuē pugnet. ⁊ dño suo fideliter
militet. Sic ⁊ ip̄e viriliter puguit contra
varios hostes. Nā draconē hoies molestan-
tez muniendo se oñonibus vicit ⁊ occidit Si-
milē in h se oñdit mustele. de qua refert p̄li.
in spe. natu. li. ij. c. ij. que volens pugnare cū
dracone vel basilisco munit se rutha vndiq̄
vtute cui⁹ secure inuadit basiliscū ⁊ interficit
eū. sic. b. Geor. fecit vtute oñonis draconē in-
terfecit. Et h figuratū fuit Bañ. xiiij. vbi le-
git⁹ q̄ Daniel interfecit draconē i os ei⁹ ponēs

picē et adipē et stuppā. Ita. b. Geor. ardentē orone ut vicit diabolū et draconē. id ei bñ cōpetūt verba ista. labora sic bonus miles et c. In quib⁹ a trib⁹ p̄mendat. p̄mo a sedulitate laborandi. ibi. labora. Scōo a strenuitate militandi. ibi. bonus miles. Tercio a fidelitate famulandi. ibi. Jesu xpi. Circa primum norandū sedulitas. b. Geor. i hoc apparet qd fidē xpi fideliter p̄dicauit magnanimi⁹ idola destruxit. et pplm dei p̄stantē ad fidē cōuertit qd p̄z in rege cui⁹ filiā a dracone liberauit. et ipam cū pplō ad fidē p̄duxit. **E**st tñ notandū qd tria sūt q̄ quēlibet militē ad sedulitatem laboris adducūt. p̄mū est p̄sideratio laboris in re. qñ enī milites viderint regē fideliter agere viriliter animantē ad strēnue operandū. sicut claret in militib⁹ regis Alexandri. Qui ex quo viderūt ipm fortem ad om̄s labores. et ideo ipi fuerūt multuz animati ad pugnandū. vt dicit in histo. eius. Et hec fuit cāquare Alexander in breui tpe. s. in. xij. ānis quasi totū orbē sibi subiugauit. Jō legi⁹ Judicū. ij. qd Gedeon cū hostib⁹ pugnatur⁹ exhortat⁹ ē milites dicens. Quid me facere videritis et vos facite. Ego ingrediar partē castrorum. et quid fecero sectamini. Et hoc ipsi milites fecerūt et inimicos fugauerunt. Ex q̄ patet qd cōsideratio strēnua in regē aiat strēnuitatē in milite. Ad ppositum rex noster iesus christus semp fuit in labore p salute n̄ra. vt testat⁹ ps. lxxxvij. Paup sum ego et in laboribus a iuuetute mea. Nā cum genit⁹ fuit statim reclinat⁹ fuit in p̄sepio et pannis aspersis inuolut⁹ vt habet. Luc. ij. In sua iuuentute cōtinue p̄dicauit et terrā vndiq̄ repauit et tandē extremā paupertatē seruauit vt dicat Matt. viij. Vulpes foueas hñt et volucres celi nidos. fili⁹ aut hois nō h̄z vbi caput suū reclinet. s. in sua morte. Sili⁹ qz penas acerbissimas sustinuit. ad quoz cōsiderationem nos inuitat. Thren. j. O vos oēs q̄ transitis p viā. attēdite et videte si ē dolor sili⁹ sic dolor me⁹. Scdm ē apta cōditio in ipso milite. qz miles ē nomē exerciti⁹ et laboris. D̄z enīz quottidie eccliam defensare. Jō dic⁹ Helmāndus. Usus militie ordinate ē tenere eccliam defensare iniuriā pauperū et pacare puincia. **E**t subdit. Nostri autē milites hodie sic ad bella q̄si ad nuptias dealbati pcedūt. In quo dat itelligere qd mō nō multū p ecclia vel p defensione prie laborāt vel decertant. sic et quidā hoies quoz cū vita militia super terrā sit Job. vij. non laborant p vita eterna acq̄renda. sed sūt desides ad oēm laborē cuz tñ deberet fieri p̄trariū. Tū prop̄ continue

pugne exercitiū qd cōtra varias tēptationes habem⁹. Tū ppter dubiū triūphi. qz nescimus an vincam⁹ vel nō. vñ i pugna succubam⁹. Jō quilibz ad pugne virile exercitiū inducit per aplm. ij. ad Timo. iij. Tu vigila in oib⁹q̄ labora. In p̄mo innuit qd vigilan⁹ et nō segnit⁹ ē pugnandū. Scōo qd in tali pugna ē virilit⁹ pugnandū et decertandū. Tercio qd inducit ad laborē ē cōsideratio magnitudinis in mercede. qz fm Augl. Cōsideratio p̄mū minuit vim flagelli quib⁹ iacebūt. Et Jacob multuz laborabat p Rachel vt dicit Gen. xxxix. Die noctuq̄ esu et gelu. fugiebatq̄ sonus ab oculis ei⁹. videbāt tñ ei pauci dies p magnitudine amoris. Jō dicit Ihero. qd nullus labor durus. nullū tempus longū videri debent quo gloria eternitatis acquirif. Et illo mō. b. Geor. attendēs laborē regi xpi valde laboriosus in fide xpi contra malū Batianū ē inueit⁹. Robur aut virtutū p̄sistit in tribus. p̄mo enī strēnu⁹ miles d̄z habere robustū animū ad aggrediendū ppter qd formidolosi et vecordes de plio vocant⁹ Deutero. ij. **E**t talē animū robustū habuit. b. Geor gl⁹ qui in medio hostiū positus audacter clamanit. Oēs dñi gentiū demonia. Secūdo debet h̄re robustam manū ad feriendū. Sic legi⁹ de quodā in hist. Alexan. qui fuit miles regis Barij. et iunctus militib⁹ regi Alexandri vno ictu galeaz regis Alexandri perforauit vt caput ei⁹ cruentauit. robustā manum habuit. b. Geor. qd caput draconis diaboluz figurantis manu p̄p̄ia amputauit. et oib⁹ ei⁹ suggestionib⁹ contradixit. Jō de ipso p̄t exponi illud. Gen. xxxix. Magnus i ciuitatib⁹ inimicorū tuorū. Tercio d̄z habere robustū dorsū ad sustinendū. sicut xps qd dixit i ps. cxxvij. Supra dorsū meū fabricauerūt peccatores plonga. et c. sic et bea. Georg. intrep̄ de multa tormēta passus ē. Scdm qd facit militē strēnuū ē experiētia bellice artis. Ita autē experiētia tripl̄r acq̄rif. p̄mo per sacre scripture eruditionē hortantis nos ad virilē cōgressionē et armorū assumptionē. ad Eph. vj. Accipite armaturā dei. i. virtutes diuinitus vobis collatas vt possitis resistere in die i. temptatiōis vite p̄ntis et rōnibus et actib⁹ virtutū p̄fecte stare. Jō dicit etiā Vegetius de re militari. Scia rei bellice dimicandē nutrit audaciā Nemo enim facile metuit qd bñ didicisse cōfidit. Scōo p̄ ipoz virilit⁹ pugnatiōē diligentē cōsiderationē. p hoc enī homo multū virilit⁹ animat⁹ ad ciuilē cōgressionē. in cui⁹ figura hasta tradebat ansam. et cortina cortinam. Exo. xxxvj. Tercio p crebrā

cū aduersario cōgressionē. iō dicit Cassiodo-
rus in epla. Terribilis ē hominibus cōflic-
tū nō sit assiduo. ⁊ nisi vlu acq̄rat certandi fi-
ducia nō habet. Nā qđ in iuuetute nō addi-
scit. in maturitate nō habet. Idcirco legitur
Judic. iij. Ex dominus gentem non deleuit
vt in eis erudiret hierlm. qz per ipsarum im-
pugnationē cōtinuū populus isrl̄ magi fuit
exercitatus ad bellandū. Tertiū qđ facit mi-
litē strēnuū ē copia armature conuenientis.
hec autē armatura sex virtutibus integrat
vt docet Apl̄s ad Eph. vj. Prima ē continē-
tia que etiam congruit militibus. qz hec lum-
bos. i. cōcupiscētiās carnis ⁊ mentis cōstrin-
gat. vt dicit Greg⁹ in Omel. Tunc lumbos
stringimus cū luxuriā p cōtinentiam coarta-
tamus. Scđa ē iusticia quā apl̄s appellat lo-
ricā. qz sicut lorica totū corpus tegit. ita iusti-
cia oēs act⁹ ⁊ virtutū dirigit. docēs hominē vi-
uere sobrie quo ad seipsum pie ⁊ deuote quo
ad deū. iuste quo ad proximū. Tertia est fi-
des circa ptectionem diuini auxiliij. quā ap-
pellat scutum seu clipeum fidei quia rep̄mit
⁊ extinguit ignita tela. i. temptationes forni-
dolosas. hūc clipeuz portant milites mundi
triangularē. vt per hoc fidē trinitatis confite-
ant. Etia vt sup scuto pupile ⁊ vidue conti-
neant si bene faciūt eis. Istud scutum i sini-
stro latere portamus qz solū in p̄nti vita pu-
gnam⁹ cōtra vitia. Quarta ē spes quā appel-
lat galeam salutis. qz mentē que caput ē ani-
me munit ⁊ roborat cōtra oēs temptationes
⁊ tribulationes p̄ntis vite. Quinta est chari-
tas q̄ pedes. i. affectiones munit ⁊ roborat.
qz ip̄am fortiter stare ⁊ viriliter currere facit.
Iuxta illud. ps. cxviij. Viam mandatorum
cucurri. Sexta ē sapientia xbi dei quā gladi-
um spūs appellat. qz suo acumine ptingit vs-
qz ad diuisionē anime ⁊ spūs mentem scidēs
⁊ oīno eleganter diuidēs a desiderijs carnali-
bus ⁊ mundi vanitatibus ⁊ diabolicis insti-
tibus. ⁊ quicūqz talibus armis virtutū ar-
matus fuerit faciliter poterit cū. b. Geor. cō-
tra omnes hostes ⁊ oīa vitia triūphare recte
sicut miles habēs arma p̄dicta pōt se leuiter
contra inimicos defendere. Circa tertiū no-
tandū qđ ille est fidelis mundi miles qui pu-
gnat p dño suo. ⁊ exponit se morti vt domi-
nū ab inimicis liberet ⁊ defendat. Quidā
fuit nomine stipo qui cuz vidit aliq̄s missos
ad dominū suū occidendū ip̄e vestem mu-
tauit ⁊ dominū suū abscondit. ⁊ pro eo mor-
tē sustinuit. vt dicit Valer⁹ li. vj. c. viij. Sic
ille est fidelis miles xpi qui certat p amore ⁊
honore ip̄ius. sicut fecit. b. Geor. qui p amo-

re xpi militās sustinuit mortē ⁊ passiones. ⁊
tormenta vt benedicere potuisset cū alijs mar-
tyribus. illd. ps. xliij. Quoniam prop̄ te mor-
tificamur tota die. sed qñ milites bñ certant
in cāpo ⁊ bene honorant precipue in palatio
qz nemo coronabit nisi qui legitime certaue-
rit. ij. ad Timo. ij. Idcirco nota qđ ad le-
gitimū certamen tria requirunt. Primo vt
homo non solū a noxijs ⁊ a malis. sed ab his
etiā que hñt speciez mali diligēt abstineat.
fm illud apl̄i. j. Timo. v. Ab oī spe mali ab-
stinete vos. ⁊ ad hanc obseruatiā oīs fide-
les tenentur. Teste Augl. in lib. de vita xpi-
ana dicens. Ille verus xpianus ē. q̄ omnib⁹
misericordiā facit. qui nulla mouet ininria q̄
alienum laborem ⁊ dolorem tanq̄ proprium
sentit. qui terrena contemnit vt possit habe-
re celestia. qui subuenit miseris. qui ad fletū
prouocatur. qui posset dicere cū aplō. Quis
infirmatur ⁊ ego non infirmor. hec ille. Se-
cundū vt in tali conatu ⁊ diligentia vsqz ad
mortē perseueret. Iuxta illud. Eccl̄. iij. Us-
qz ad mortem certa pro iusticia ⁊ bñdic vsqz
ad mortē. Quia fm Gregl. in mora. Incas-
sum bonū agit si ante vite terminū deseratur.
Nam frustra velociter currit qui priusqz ad
metam veniat deficit. Iō dicit Bern. Absqz
perseuerantia nec qui pugnat victoriam nec
palmam. victor consequit. Tolle pseueran-
tiam. nec obsequiū mercedez habet. nec be-
neficiū gratiā. nec fortitudo laudem. Ter-
tium ē vt in certamine nō suā sed domini lau-
dem ⁊ honorē intendat. Ad qđ hortat apl̄s
ad Col. iij. Omnia quecunqz facitis. in no-
mine domini nostri iesu christi facite. id ē ad
gloriam dei. Recte sicut miles secularis in p̄-
lio qđ est dñi sui debet querere honorē dñi ⁊
nō suū. Sicut fecit Joab qui dixit ad dauid
regem suum cum de absolon triumphasset.
Congrega reliquam partē populi ne nomi-
ni meo ascribat victoria. vt habetur. ij. Re-
gū. xvij. Et ita. b. Geor. seruauit Nā virtuo-
se ⁊ sancte viuens. Primo ab oī ope malo se
totaliter custodiuit. Secūdo pro fide vsqz ad
mortē certauit. Tertio dei honorē in omib⁹
seruauit. Ideo a domino audire meruit. Eu-
ge serue bone ⁊ fidelis.

Sermo secundus de eodem.

Similis factus ē

leoni in omnibus operibus suis. pri-
mo Mach. iij. p̄li. in spe. na. li. viij
dicit Inter omnia aialia leo apparz gl̄iosius

nō enī abscondit se cū psequit in siluis nec la-
titat sed in publicū progredit vbi a venato-
ribus et a canib⁹ possit inueniri. Et cām hui⁹
audacie quere de sancto stephano in arenga
hui⁹ sermonis esto fidelis. Spūaliter hec na-
tura leonis quēlibz instruit xpianū vt tpe p
secutiōis seipm nō abscondat a fide recedēdo
et deū abnegādo. **Mar.** viij. Qui me p̄fessus
fuerit corā hoībus et corā generatione ista. si-
lius hoīs p̄fitebit eū cū venerit glia patris
cū angelis sanctis suis. **Luc.** xij. **C**ōcordat illud
Luc. xij. Qui me negauerit corā hominib⁹ ne-
gabūt corā angelis dei. Ille autē se abscondit
et deū negat. xj. q. iij. extimāt. vbi dicit **Quo-**
tiens vincimur vitijs atq; peccatis totiens
deū negamus. Ecōtra quoties qd boni agi-
mus deū p̄fitemur. **Jo.** subdit **Luc.** xij. **O**is
qui cōfitebit me corā hoībus et fili⁹ hoīs con-
fitebit illū corā angelis dei. Illud aduertēs
quidam abbas dictus serapion in li. collat.
prin. In aio meo sp̄s cōstitui vt prius mille
ferre velim martyria anteq; in deū meū quō-
cunq; cōmittā parua criminalia. Sicutiā. b.
Geor. miles in tpe p̄secutionis xpianorū no-
luit occultari. nec deū negare p̄ infidelitatem
Idcirco bñ in leone designat q; leo vt dicit
Is. li. xij. est rex omniū aialū qdrupedum.
Sic. b. Geor. ē inter alios martyres p̄cipu⁹
in numero penaz. **I**nter ceteros mar-
tyres sunt tres q̄ maiora supplicia p̄tulerūt.
scz **Vincenti⁹** **Laurenti⁹** et beata **Katherina**
Vinceti⁹ passus ē in **Eculij** passione extensi-
onē viscerū effusionē salis cōfricationē. **Lau-**
renti⁹ ignis adustionē. **Katherinā** corporis
rotationē. **Sz** hec oīa passus ē similis. b. **Ge-**
orgius et maiorē legi p̄tulisse penā. s. illorū
martyrū q; p̄sona fuit tēpore martyriū conser-
uata vt beat⁹ **Laurenti⁹** in tribus dieb⁹ et sic
de alijs. passio autē beati **Georij** vt tenēt aliq;
legēde multis annis in quib⁹ multotiens ē
interfect⁹ et sp̄ dina grā suscitāt. Sic etiā leo
in venatione nō se abscondit. sed voluntarie
vadit ad locū vbi possit a canibus inueniri.
Sic. b. **Geor.** tpe tribulationis martyriū no-
luit occultari. sed volūtarie ad cōspectū pro-
siliūt **Datiani** dicēs. **Oēs** dñj gentiū demoīa
dñs aut celos fec. ps. xcvi. **Jo** canis de ipso
sanctus **Georgi⁹** tormentorū videns genera
diuersa parari constanter accessit et letus su-
stinuit supplicij mortis. De ipso etiā pōt ex-
poni illud. ij. **Math.** vj. **I**ste glorioz mor-
tē magis q̄ odibile vitā amplectēs volunta-
rie p̄ibat ad supplicij. **Jo** cōuenientē p̄nt de
ipso assumi p̄libata verba. Similis factus ē
leoni. In quibus a duob⁹ laudat. **Primo** a

fortitudine vigorosa. ibi. **Silis** fact⁹ ē leoni.
Secūdo ab opatione virtuosa. ibi. In op-
ibus suis. **De** p̄mo ē notandū dicūt naturales
q; catuli leonū sequūtur mores parentum. et
fortitudinē atq; audaciā cōtrahunt aut assu-
munt ab eis dē fm illud **Ps.** de. Sequit pa-
trē sua proles. Spūaliter p̄ leonē xp̄s intelli-
git. **Iuxta** illd **Apo.** v. **V**icit leo d tribu iu-
da radix dauid. **I**psius catuli sūt martyres
gloriosi quorū p̄ncipalis est gl̄iosus **Geor.** et
p̄spicius. sic de ipso canit sancta ecclesia. **I**n-
ter martyres. b. **Geor.** effulgit fidei puritate
p̄spicu⁹. **I**ste igit silis fact⁹ ē leoni xp̄o regi
suo. et secut⁹ ē eū fortitudine p̄pter duo. **Pr-**
mo p̄missione p̄miū. naturale ē enī quando
catulus leonis sperat p̄sequi p̄de p̄miū seq̄
eo citi⁹ patrē suū. **I**de videm⁹ ad expe-
rientiā quādo rex terren⁹ p̄mittit militi ma-
gna dona tūce o fortiter pugnat cum hostib⁹
et cōtra inimicos animat. Sic figuratum ē. **J**
Regū. xvij. vbi legi q; **Holias** vir spurius
altitudinis sex cubitoz et palmo clamauit ad
filios isrl. **E**ligite ex vobis virum et ineat me
cū singulare certamē si p̄cusserit me erim⁹ ser-
ui vobis. si autē ego p̄ualuero seruietis no-
bis philisteis. **Ad** audiēs **Saul** et oīs viri
eius timuerūt et fugierūt. **E**misitq; **Saul** p̄-
missum dicēs. **V**ix qui p̄cusserit philisteum
dotabit rex diuitijs magnis et filiā suā dabit
ei et domū patris ei⁹ faciet absq; tributo. **Au-**
diens dauid hos sermones q̄ erat adolescēs
pulcher et rufus ait. **Q**uid dabit viro q̄ per-
cusserit philisteū hunc et tollat obprobrium
ab israhel et referebat ei p̄p̄s eundē sermonē
Abijt ergo dauid audito p̄misso et collegit
quinq; lapides limpidissimos. i. planos de
torrente et misit in perā et processit cōtra phi-
listeū. qd videns ille despectit eum dicēs. nū-
quid canis ego sum q; tu venis ad me cū ba-
culo. ad quē dauid. non inquit in gladio nec
hasta saluat dñs. sed ipius ē bellū. **T**ulit er-
go lapidē in funda iecit. et percussit eum i frō-
te. et infixus ē lapis in fronte eius. et cecidit i
faciem suā super terram quem dauid gladio
suo proprio interfecit abscindendo caput ei⁹
Ex hac figura patet veritas p̄dictorū. **S**p̄-
ritualiter dominus noster **I**esus christus est
rex pacificus. et rex regum et dominus domi-
nantium. **Apo.** xij. **I**deo tāq; ditissim⁹ rex
p̄misit suis militibus dare coronam glorie si
firmi essent in fide dicens **Apocalip.** ij. **E**sto
fidelis vsq; ad mortē. et dabo tibi coronā vite
et nō solum coronā. sed et gentes et regna. **I**n-
xta illud **Apo.** ij. **Q**ui vicerit dabo ei pote-
statē sup gentes et regna. et erit regens illas.

et dabo illi stellam matutinam. i. corp^o glorificatū
claritate refulgēs. Hoc audiēs. b. Geor. for-
titer pugnavit et vires suas demonstravit. qm̄
populū silene civitatis a dracone liberavit.
postea diabolu cū mēbro ei^o Daciano pfecto
viriliter supavit. ita vt ipse Dacianus testa-
ret dicēs. deficiens moriar. qz ab hoc homie
cerno me supatū. Scdm q animat militē for-
titer pugnandū ē sedulitas seruiciū. Natura-
liter ē qm̄ leo laborat fortiter ad pdam capiē-
dam. tunc catuli illi^o animant ad escā querē-
dam. fm̄ illud ps. ciiij. Catuli leonū rugien-
tes vt capiant escam sibi. Ita etiā videmus
qm̄ rex tēporalis sollicit^o ē et strennu^o in bello
milites sui fortes fūit et aiant^o ab hostib^o resi-
stendū. Figura legi^o in histo. Alexan. Post
q Alexander vicit Dariū regē pax et regnū
ei^o sibi subiugavit venit ptra eū rex q audiē-
tes milites ei^o dixerūt. sufficit nobis q subiū-
gauim^o Alexandro perfidam. amodo dimit-
tem^o eū eat ipse quo vult. Ad picipēs Alexā-
der dixit eis. Recordamini qm̄ venimus pu-
gnare in cāpis et ego solus steti ante oēs et p
oibus solus pugnavi. et p saluatione v^{ra} et
toti^o regni solus piculis me exposui. Hec eo
dicēte erubescbāt milites petētes veniā di-
cētes. amodo vita n^{ra} posita ē in manib^o tu-
is. qd cūq volueris fac. q. d. Nos tecū pati
facere sum^o. Jō valde nccium ē dñis manus
apponere et negligētes nō eē. qz dic^o Arest. li.
ycono. Dñis existentib^o negligentib^o ipossi-
bile ē seruos eē sollicitos Spūaliter dominus
noster iesus xps solus pugnat more Alexan-
dri p nobis et salute aīay n^{ra}ay sicut pro se te-
stat Esa. lxiij. Torcular. s. passionis calcaui
solus et de gentib^o nō ē vir meū. Fuit etiā i
labore ab infantia. fm̄ illd ps. lxxxvij. Pau-
per ego sum. et. Jpe enī retinuit oīa castella
vndiqz pugnās cū diabolo. et a cordib^o hoīz
expellēs. et tñ fatigat^o q p lassitudine sedit
sup fontē. Job. iij. vbi legi^o. Iesus fatigat^o
ē ex itinere et sedebat sup fontē. Iste igi^o la-
bor regalis xpi erat cā fortitudinis. b. Geor.
et laboris q tam fortiter ptulit passiōes pro-
pter nomē ei^o. Nā potuiss^o frui delitijs hui^o
mundi si voluisset. Sz labore psiderato in re-
ge oīa gaudia mūdi postposuit et obprobria
sustinuit. Et pōt dicere cū ps. lxvij. Propē-
te sustinui obprobriū. opuit pfusio faciā me-
am. et sili^o fortes labores sustinuit tormentoz
ita vt dicere pōt cū Eleazaro. ij. Mach. vj.
Dñe q habes scām sciam manifeste scis. qz
cū a morte possim liberari duos corpis susti-
neo labores. fm̄ xō aīam ppter tuum amo-
rē libenē patior et adolescētib^o exemplū for-

te relinqū. Quantū ad scdm cōmendat. b.
Geor. qm̄ ad opationē virtuosam. cum dici-
tur in operibus suis. Circa qd notandū vir-
tuosi et boni domini seculares milites habē-
tes virtuosos nolunt malos et imozigeratos
habere in suis curijs. Quia dicit Sapiens.
Ecclesiastici. xij. Omne animal diligit sibi
simile. et homo simile sibi. Nam boni diligūt
bonos. mali autem malos. Exemplū de da-
uid. ps. c. Ambulans in via imaculata h mi-
hi ministrabat. Exemplū secūdi habet Nu-
meri. xxiij. de Balach rege q sibi sociauit ma-
lum pphetam Balaam. Mystice christus
domin^o ē optim^o et virtuosissimus omnium
M^o. Matth. lxxvij. Nemo bonus. s. essenti-
aliter nisi solus deus. Idcirco bonum et vir-
tuosum habuit militem. b. Geor. Qui simil-
fact^o ē ei in operib^o suis. Et notandū q
xps rex quattuor habuit virtutes salutare
in quibus ipsum beatus Georgius imitatus
est. Prima ē q domū p^{ris} sui in magna reue-
rentia habuit. qd pz Matth. xxi. Ar eiecit
ementes et vendentes de tēplo dicens. Do-
mus mea dom^o oratiōis ē. Et subdit Mat.
xxi. Nō sinebat vt q^{is} quis transferret vas p
templū. Ideo dicit ps. lxvij. in psona domi-
ni. Zelus domus tue comedit me. In hac v-
tute beat^o martyr Georgius christum regēz
suū imitabat^o quando domum dei in cura et
reuerentia docuit h^{re} vt dic^o in legenda. et
potuit dicere cū. ps. xxv. Domine dilexi de-
corem domus tue et locum habitationis glē
tue. Sed sic heu nō faciūt milites terreni nō
ē eis cura quomodo eccliam possunt defen-
dere et procurare. sed magi student qualiter
possint res ecclie auferre et spoliare sibi reti-
nēdo. et isti vtiqz sacrilegiū pmittūt. teste ca-
no. xviij. q. iij. c. sacrilegiū vbi d^o. Sacrilegi-
um ē si quis qd venerabilib^o loci relinquitur
prave voluptatis studio tēptauerit suis sti-
pendijs retinere. iō tales puniunt^o a deo. nā
legi^o in li. de mira. b. xginis. qdā miles et iu-
dex rome noie Stephan^o tres domos sancti
Laurentij et vñū ortū scē agnet^o violenē ab-
stulit et ablata iniuste possedit. accidit aut^o vt
morere^o et aī iudiciū dei ducere^o tūc sanctus
Laurenti^o cernēs eū cum magna indignati-
one ad deum accessit et tribus vicib^o brachi-
um ei^o durissime strinxit. et dolore nimio cru-
ciauit. Sancta vgo Agnes cū alijs virgini-
bus in eū respicere noluit Tunc iudex super
eū sniam ferēs dixit quoniā aliena abstraxit
munera accipiens veritatē peruertit i locuz
Iude eū tradam et nisi sanctus proiectus co-
rā iudice pro eo intercessisset damnatus hic

miserabiliter fuisset. Orationib⁹ igit ei⁹ concessum fuit sibi vt ad corp⁹ rediret. ⁊ tūc apparuit brachiū ei⁹ aduſtū. ⁊ illō signū apparuit q̄d iū vixit. ⁊ sic ablata restituit ⁊ p̄niam egit. Secūda virtus xp̄i regis ē q̄ sacerdotes honorauit qd p̄z. Luc. xviij. vbi d̄r q̄ de cē leproſos miſit ad sacerdotes dicens. Ire ostendite vos sacerdotib⁹. ſup q̄ dīc. b. Auguſti. in li. de baptiſmo puuloꝝ. ⁊ habet. j. q. j. c. nōne. q̄ in iſto xp̄s sacerdotes licz malos honorauit. i. hac x̄tute ſecur⁹ ē ip̄m. b. Geor. qñ docuit regē ciuitatis ſilene. ⁊ totūz inſup populū vt honorarēt sacerdotes. q̄ inſtictu ſpūſſancti ſciuit ſcriptū. Eccl̄i. xviij. honorificate sacerdotes. ſed ſic nō faciūt noſtri milites. ſed cleros ⁊ p̄ſbyteros odiūt ⁊ eis inuidēt. Contra quos dicit. b. Greg⁹. Iſdeus malū nō eſtimo q̄ xp̄ianis inuidere sacerdotibus. Et habet. xj. q. j. in cano. de perſona. ⁊ ſe. ⁊ ſimilit. b. Hiero. ad ruſticū monachū in epla. aduerſus p̄ſbros accuſationes nō recipies. nō enī ſtatim de p̄fecta etate credēdū ē. Tertia vir⁹ xp̄i q̄ libent̄ dīna audiūt. qd p̄z Luc. ij. Vbi legiſt q̄ cū parentib⁹ fuiſſiuit ad diē feſtū ibidē officiū vſq; ad finē audiendo. in quo ip̄m. b. Georgi. ē ſecur⁹ qñ docuit regē ⁊ populū vt diuina libent̄ audirēt cōtra qd faciunt multi qui in diebus dñicis nō lunt diuina audire. aliqui ſi audiuit nō tamē vſq; ad finē p̄ſeuerāt peccātes p̄tra p̄ceptūz eccl̄e. d̄ p̄ſe. diſ. j. c. Diſſas. ibi dīc canō miſſas totas p̄plo catholico audire p̄cipim⁹ vt ante bñdictionē ſacerdotis egredi populus nō p̄ſumat q̄ ſi fecerit ab ep̄o publice p̄fūdīſ Glo. i. grauē corripiaſ vel excōicēſ niſi neceſſitas ſubſit. Quarta virtus xp̄i q̄ pauperū memor fuit qd p̄z. Mat̄h. xv. Qñ dixit miſereor ſup turbā q̄ triduo iā ſuſtinent me ⁊ nō habēt qd māducēt ⁊ ſi dimiſero eos ieiunos deſicient in viā. Idē p̄z Joh. vj. Cū ſaſtiāuit qñq; milia hominū ex qñq; panibus ⁊ duobus piſcibus. Hanc virtutē imitat⁹ fuit b. Geor. quando nō ſolum pauperū a dracōne oppreſſoꝝ memor fuit. ſed qñ docuit regē a ſe conuerſum vt pauperū memor eēt. Ideo cepit ſicut ieſus magiſter ſuius facere prius. ⁊ poſt hoc docere alios. Rogemus.

Sermo in die aploꝝ philippi ⁊ Jacobi.

Non turbet cor

veſtrūz neq; formidet. Joh. xiiij. **N**on dicūt naturales q̄ hō paſſionibus occupat⁹ ⁊ tribulationib⁹ nō pōt diſcernere ver⁹ ⁊ falſum. nec celeſtia myſteria intelligere. Nec etiam ē diſpoſitus verba phi-

loſophie audire. Iuxta illud Are. dictum. j. Eth̄i. Paſſionū ſecutores inutiles ſunt philoſophie auditoꝝ. Recte ſicut ait Amād⁹ i horologio Sapientie li. j. Trifteſ nō ſūt apti ad percipiendū armoniam. Nā letos redet letioꝝ ⁊ trifteſ triſtioꝝ. Sic ē de turbatis animis q̄ nō poſſunt percipere archana qd probat venerabilis Boeti⁹ de p̄ſola. li. j. meſ. vlti. triplici exēplo. Primo tantū vult ſol ⁊ luna ⁊ ſtelle que quo ad ſe ſemp lucent. Sol tamē in nocte offuſcant per interpoſitionem terre. Sic etiā ſtelle in die ob tenebrantur propter lumen ſolis. ſimiliter prop̄ obſcuraz nubiū interpoſitionem Sic intellect⁹ noſter qui eſt lumen qd deus inſudit anime. vt habet. iij. Soliſ. impeditur per turbationem dolorum. Scdm̄ exemplūz. Recte ſic aqua maris clara manens viſus poteſt eam penetrare ⁊ videre quid in fundo continet. ⁊ cum turbatur obſtat viſui. Sic animus hominis quietus a turbatione paſſionū nō impedit iudicio rōnis. ſecus aut̄ eſt ſi ē turbat⁹ Tertiū exemplū aq̄ currens de altis montibus libere ⁊ ſine impedimēto directe p̄cedit Sed per obſtaculū rupis impedit. Sic ipſa rō libera nō ipedita obſtaculo alicui⁹ paſſionis recte iudicat. ſi aut̄ obijciſ rupis affecti- onum impedit in iudicio veritatis. Quia loquū in vita phoꝝum. q̄ ſocrates noluit verberare ſeruū dūmodo fuit irat⁹. Sic etiā legitur de quodam rege qui cū turbatōe cogitur cōſuevit totum numerare alphabetūz in digitis anteq; verbum cuiq; diceret ⁊ hoc iō fecit vt illa tribulatio interim ceſſaret. Ad qui vez vult diſcernere d̄z animū a turbatione excutere. Iubente Boetio. j. li. de conſol. meſ. vl. Tu quoq; ſi viſ. cernere vez. lumie claro gaudia pelle. pelle timorem. ſpemq; ſu- gato. nec dolor aſſit. nubiſ mēs ē. hec vbi re- gnāt. Idcirco ver⁹ agricola xp̄s depulit triſtiā de corde ſuoꝝ diſcipuloꝝ vt ſerere poſſint verbum ſuū ⁊ ip̄m poſſent intelligere. Id dīcīſ. nō turbet cor veſtrum in quo tria tan- gunſ. Primo p̄ſolat⁹ ē eos ibi. non turbetur cor veſtrū. Secundo ip̄os benigne increpa- uit. ibi. Tanto tpe. Tercio reſeſſus ſui vtili- tatē reſerauit. ibi. ſi enim. Circa qd notan- dum. videm⁹ naturalit̄ q̄ celū corporeū diſ- fundit ⁊ reſumit eandē aquam per vapores Quia dicit Aſtoteles libro ſecundo Me- theoro. ⁊ Albertus libro quarto. q̄ ſol vtu- te caloris attrahit vapores vſq; ad mediā re- gionē aeris. Vel ſecundū alios ad infimam partem medie. Et inſrigiditate loci in nubeꝝ cōuertit. et vltius in nubem condensatur.